



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

9. De stylo allegorico & periphrastico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Tertull. de
pallio.

Lancearum imber caelum obfecit, &c.

Larissimus Horos ille apud Ruspicum, & stylus olam,
& monstrorum eruditorem scripsit a schola eruditus.

De Stylo Allegorico, & periphrastico.

CAPVT IX.

Sed quoniam in huius auctoris mentionem incidimus, eius, quem nunc discutimus styli, exempla suppeditabit. Floruit eo tempore, quo illa insana metaphorarum, vel potius allegoriarum dulcedo cuncta peruaserat, & iam Ferrum Ciceronis Tulliana dictio, vulgò dicebatur, contrà aurea putabantur frigida quæque acumina, & allegoriæ, quibus illi scriptores sua refererunt.

In quo profectò minor est error magni illius, & felicitas Ennodij, qui calentibus adhuc eius, & quam à magistris acceperat Rhetoricæ studij, ista scripsit, quam barbari, & iqualentis sæculi, cui aurum pro ferro, & ferrum pro auro, in tam grauibus eloquentiæ corruptelis fuit. Sic igitur Ennodius ad Ioannem:

(Diu salum quæris verbis in statione compositis, & incerta liquentis elementi placida oratione describis, dum sermonum cymbam inter loquelæ scopulos rector diligens frænas, & cursum artificem fabricatus trutinator expendis pelagus oculis meis, quod aquarum simulabas, eloquij demonstrasti.)

(Deus bone, in quantos se vsus diues lingua dispargit! Cum voluerit, scuit vt bestia, currit vt fluuius, fluctuat vt profundum: & quantumque fucatis verborum imaginibus pingit speciem, veri ad stipulatione repræsentat. Timere te descriptione, quasi fronte tener, insinuas: dum declamationum pompam refuga laudis deposcit assertio: (& fit auara gloriæ, dum pudori parere te ostendit, peregrinam mentita formidinem.) Ago atque habeo gratias, quod nobilia rudimenta facundia tuæ, in amici quantum æstimas præconijs consecrasti. Et licet non agnoscam mea esse, quæ loqueris: religionem tamen narrantis amplector, diligentiam peccatoris laudo, quam gratia per sudum rutilantis luce dedicasti. Tibi fax ista prætenditur, quam in opinione mea blandus elocutor accendis. Ego noctem conscientia mea, etiam non fugio, noui tamen æstimare.

Expende singula, & accuratè dispice, quid sine allegoria; quid sine similitudine dictum

inuenire? & styli importunitatem! At dices, Stylus allepulchra sine Metaphoræ, sed & pulchrorum gorticus, modus est Mellæ sunt: & mellis suauitas affert fatietatem. Gemmæ sunt, distinguat igitur opus, non obruant. Ad orationis delicias, non ad communem quotidiani sermonis usum inuenta sunt metaphoræ, quas si vbi que velis intrudere, styli monstruosum corpus facias necesse est. Venustissima quidem est ars picturæ, quæ expressis rerum imaginibus opulentas æmulatur naturæ dotes, nemo tamen adeo demens est inuentus, qui naturæ opera de medio tollenda esse censeret, quod eorumdem picturis vsque perelegantibus expressa simulachra intueri liceret. Siquidem manufactorum decor breui admodum voluptatis delinimento pascit sensus: Naturæ dona diutius, & solidius oblectant. Quod licet quidem animaduertere in ijs, qui picti iuris similitudinem, aut auium versicolores plumas spectant in tabulis.

Primo quidem aspectu, quasi totam hauriant oculis voluptatem, afficiuntur quam suauissimè: paulatim verò diu occupatis eadem imagine sensibus, iucunditatis gratia conlescit. At quæ naturalia sunt, & magna, vt Maris exposita facies, gelidorum fontium lapsus, vmbra nemorum, montiumque vestitus viridissimi, nouo semper voluptatis aucupio suos recreant amatores. Haud quidem dissimile est, quod in hac styli materia euenire solet. Nam illa sermonum picturata (vt appellat) diademata, sua crebritate fastidiosa, aures statim obruunt. Verba verò propria accuratè orationis dulcibus illigata numeris, si non acriori, diuturniori tamen, atque vtiliori delectatione sensus retinent auditorum.

Qui sit igitur, vt multi hoc loquendi genere capiantur, quia fucos illi tam voluptatem solidæ iucunditati anteponunt. Inuat enim ista audire blandius infracta.

(Dum fauos loqueris, & per domos cereas eloquentiæ nectare liquentis elementi mella componis, peregrinum labijs meis saporem epuli diuitis infudisti.)

Et in Panegyrico Theodorici.

(Et adhuc in cano flore degebas adolescentiæ, nec virtutum mellis in lacteus ante experimentum culmus attulerat. Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec tingens faciem lanugo vestiebat; quando æui purpura, & flosculus superuenientis imperij promittebat felicitis, de gratiæ commutatione terrorem. Cum in

K

per-

Præclarum
discrimen
inter natu-
ralia, & ar-
te facta.

Allegoriarum
dulcedo im-
ponit auri-
bus.

Ennod. ep.
9. l. 1.

perturbationem roboris, & elementia tua, ruptis vinculis furor emicuit: & euisceratas diurna quiete mentes occasionis pabulo subiugavit.)

Nonnulla fateor hic dulcissime reident: vt, Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec ringens faciem lanugo vestiebat. Sed tamen quam saepe cum vino fecem bibere coguntur, qui isto genere delectantur.

Nam rupta elementia vincula: & euiscerata quiete mentes, & occasionis pabulum, cui tandem, nisi deus auribus placere possunt?

Quis vero blanditas nominet? (Vellem ad orationis terminum victus gestorum tuorum enormitate descendere, & nouellas adoras hebetatus priscorum luce transire.)

Sed esto: plauerunt ista Gothico saeculo, & glacialibus (vt ipsi aiunt) sibiris; minimè enim mirandum est. Hoc magis miror, quod Ennodius Ciceroni parum æquus aurum Demosthenis, & ferrum Ciceronis appellet, & Arpinatem (sic enim nominat) loquacitatis Sidonium infimulet. Et quis stylus eo, in quem teporis iniquitate magis, quam sua voluntate deuoluit sunt, loquacior est, aut durior? Scilicet vbi Cicero habet, *Langui iuuentus*. Sidonius *Mussinat iuuenium nostrorum calcata generositas*. vtrum loquacius? Vbi Cicero *Terram*, aut *herbas arefere*. Ennodius, *Cui si vorium negentur afflatus, fatiscat vt terra, cui caelo nihil liquitur, nec venas suas iuoco bibali humoris infundit*. vtrum tumidius? quam verò inflata sunt, & rudia?

Ennodius dictionem Tully ferrum Ciceroni appellat, eundem loquacitatem infimulat, sed inmerito, Sidonius.

Eat nunc, & coeburnatus relationibus Alexandrum talis antiquitas, cui famam opulentiã peperit, alios loquentissim, vt per aditricem facundiam videatur crescere rebus mundicia. laudatio: si Attica breuitas laudanda est, num vno verbo dici poterat *Alexandrum sua fama minorum extitisse?*

Miror quomodo se Atticos etiam penè dicere audeant, qui hanc styli rationem imitantur, modo ampullas istas obsecris aliquot, & tortis sententijs, quas vocant acumina, tamquam scilamo, & papauere aspergant. Distant certe ista ab auro Demosthenis, vt ab ære lupina.

Et tamen quantus est etiam hoc saeculo apud vernaculos scriptores huius styli pruritus? Nihil opus est in tanta scriptorum multitudine nominare quemquam, nimis occurrunt, nimis dulcibus vitijs apud imperitos, & similes leguntur, & placent: vti nam qui hanc

insanam dicendi licentiam sequuntur, Illu- *Qualis sty-*
striff. Cardinalis Perronij, atque integerrimi *lus Caris-*
Procancellarij Verrij scripta legerent, & imi- *nalia Perro-*
tarentur potius, quam suo ingenio indulgeret. *nij.*
Hos enim vios *reverti il quanta no man, &*
paria Gallicano gloria ingenis felix egyptiarum
mentiam partu hoc saeculum dedit, quos mi-
rari facilius est, quam laudare.

De stylo Miscellaneo, & antiquario.

CAPVT X.

Vt vitia vitijs agglutinantur facillimè, ex eo *Styli Mi-*
stylo gradus saepe fit in altum, qui vo- *scellans, &*
catu: Miscellaneus: Nihil illo monstruosus, *Antiquari-*
quippe non vno duntaxat errore contentus o- *charact.*
mnes omnium sordes complexus est. Itaque
modò inflatur supra cothurnos etiam tragi-
cos, modò infra focum repit, modò dulcis
videtur, & hilaris effluens, modò instat tor-
rentis ad saxa violentor: alii strepere non de-
sinit; Hic particulas versuum concisas videas,
illic graecanica ereberrimè permixta. Hic ef-
fossa penitissimè antiquitatis iudicibus voca-
bula, illic noua, & recentior cusa, nonnulla et-
iam miro schemate interpolata. Alias graui-
tatis personam affectat, alias lasciuit puerili-
ter, mox etiam succedunt frigora, ac nives: &
quidquid in stylo prudentes verentur, ad
summum fit

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui la-
men ademptum.

Talis est pierumque Criticorum, non dico *Critici he-*
illorum, qui sunt melioris notæ, sed leuitem, *uio labo-*
& audacium styli, de quibus dubium est tu- *rans.*
morene magis animi laborem, an orationis;
vidi syllogitam aliquem cuius nomini & fa-
ma parco, qui D. Augustinum his verbis re-
prehenderet.

Augustinus litterarum sacrarum proculambio *Critici cu-*
princeps, & vexillarius factò, pudendoque errore, *iusdam fa-*
misereque, & pueriliter hallucinatus est, & quod *stus & sty-*
mirus, non mentium incognibili macula. Vtrum *lus.*
os turpius, an stylus? Esto errauerit (quod
tamen rectè negari potest, & accuratius in
Criticis expendi) ideo ne Diuus ab homuncione
ita fuit perstringendus? Non satis fuit
dictum factò, pudendoque errore addendum et-
iam misereque & pueriliter. En quò grammaticeum
ingenium pudore, & moderatone
destitutum prorumpit audaciæ! En quibus
sanctorum Patrum in tot gloriofis laboribus
ver-